

( ) 1784 Godscalcum venit ad eum in dūnewic et videns hominem nimis exhaustum carere iam prope modum sicut edulio ita et appetitū edendi multa elegantia verborum suavit ei corpus reficere lautioribus cibis, hoc est esū carniū, ~~sed~~ cum non persuaderet, tūc precepit ei auctoritate Dei et sanctorum patrum, et sic primo acquievit. Cum ergo huiusmodi esce sibi apponerentur, primo quidem visū abhorruit, deinde appositam sepius revocans manū ostendebat sese non gūle satisfacere, ~~sed~~ obedientiē. Unde et dicebat se quandoque peccasse magis in pisa, quam modo in carne, significans viciū concupiscentiē ibi aliquando affuisse, hic omnino defuisse. Tūc paucissimis diebus tali usū esū non tam edendo, quam aut gustando aut ius sorbendo, cum in nullo p. 48/49 *figliu* melius haberet, conversus ad nos, qui ei ministrabamus, ita est locutus: Videtur, ait, quia nichil proficimus, et si Joh. 12, 19 satisfeci caritati vestrae, non in concupiscentia gūlae, sed in meritum obedientiae. Sed quia voluntate Dei agitur, quod caro nostra inde non iuvatur, sinite me iam carnis curam transferre ad spiritum. Haec dixit et carnis epulū postmodum nec videre voluit. Verū inter haec quis putas fuerit affectus in nobis videntibus egrotare patrē nostrū, et talem patrem, qui per evangelium omnes nos genuerat. O quam dulce illū videre, quam dulce assistere et ministrare illi! O quam non darem pro aliquo emolumento temporali partem ministerii, quod sibi ultimum impendi!